Præterea,& secundo respondetur, quod cum ius dicto don Petro de Altarriba competens fuit durabile ad eius vitam dumtaxat,& eo mortuo ius quod sibi competijt fuit extinctum, & anihilatum,iam inde sequitur,quod nihil transmissit in suos,neque in suam familiam, & sic omnes clausulæ possitæ in dicto instrumento renuntiationis,tanquam accessoriæ rescisso, & extincto negotio principali rescinduntur, & extinguntur, etiam clausulæ possitæ ad securitatem.& ad obseruantiam iuris principalis,*vt in regul.cum principalis,ff.de regul.iur. & ibi tradũt Mainerius, Dec. & Cagnol. & hinc dixit Bal.in l.1.n.4.C.de in offi.donatio.*quod rescisso principali contractu rescinduntur omnes obligationes pęnales accessoriæ, etiam iuratæ,rescinditur etiam & præcarium,vt notat idem *Bal.in l.ex testam. C.in fideicom. Bar.in l.nemo potest,ff.de legat.1.gloss.in verb. Fabiana,in l.si patronus,§.Patronum,ff.si quid in fraudem Patroni, Roman.cons.246.charissimè,n.2. Hyppol.singular.17.Alexa. cons.81.lecto,n.14.vol.3* illam etiam glossam multis allegationibus commendat *Tiraquell. de iure constitu.limit.7.n.16. & 28.cum plurib.seqq.*quæ omnia eo tendunt quod cum renuntiatio facta per dictum Petrum fuerit de iure temporali, & ad eius

vitam

vitã duraturo quod omnia pacta, & clausulæ pro euictione positæ in dicto instrumento venditionis temporalia esse debent cũ sequantur naturam sui principalis quo fit, vt neque actiuè, neq; passiuè ad hæredem dicti Petri, neque ad suos, nec suam familiam aliqua obligatio translata, neque transmissa esse potest; & sic verba dictæ renuntiationis non possunt conuenire hæredibus, neque familiæ dicti don Petri renuntiantis saltim post eius mortem, siquidem ius renuntiatum fuit extinctum, & finitum morte dicti don Petri, ergo nec ipsa renuntiatio, nec eius pacta adiecta ad obseruantiam promissorum in ea, possunt dictum D. Franciscum, tanquam hæredem sui patris comprehendere, quia cui non conueniunt verba dispositionis, nec ipsa dispositio cõuenire potest, *iuxt. text. in l. quarta, §. toties, & ibi Bart. & nouiores cũ vulg. ff. de dam. infect.* & hinc scriptum reliquit *Bald. notabil. in l. cum à matre, n. 4. C. de rei vind. post gloss. in l. quæsitum, §. fin. in verbo Hoc interdicto, ff. de præcario*; quod quando obligatio defuncti non durat in persona hæredis, tunc hæres nõ tenetur de euictione promissa per defunctum. Quæ omnia prosunt, & conducunt ad dicendum, quod & si dictus don Franciscus de Altarriba esset hæres dicti Petri, sui patris, & tanquã hæres haberet bona libera, quod nihilhominus potest agere reiuindicatione ad recuperandum dictum locum de Alfocea, & alia bona per dictam domnam Isabelam; sibi vendita, absque aliquo periculo, & metu euictionis per dictum Petrum, suum patrem promisse, quoniam cum dictus Petrus solummodo promisserit de suo dato, & de suo facto, & ius sibi ipsi competens renuntiauit, iam inde sequitur quod dictus don Franciscus ex iure proprio poterit bona vendita euincere, quia alius homo, & nouus reputatur, siquidem non ex iure transmisso ab ipso patre, sed ex iure proprio dictum locum de Alfocea euincit, ita in proprijs terminis tradit eleganter *Bal. consf. 167. incipienti, Titius vol. 1. Molin. in additio. ad Alex. consf. 18. sub lit. F. vol. 5. Ruin. consf. 42. n. 17. vol. 1. Pinell. in l. 1. par. 3. n. 83. limit. 7. C. de bon. mater.* Si enim dictus Petrus de Altarriba euinceret, & reiuindicaret dictum locũ de Alfocea, ex alio iure diuerso ab illo, quod sibi quæsitum fuit ex venditione sibi facta per dictam domnam

Isa-

verva renuntiationis restringantur ad solam ius petri n̄ poss. convenire heredibus. ergo op. hoc sequitur verba non de suo solo iure sensisse ... sed de ... iure etiam francisci et heredũ

Isabelam non teneretur de euictione promissa ratione dictæ renuntiationis iuris, sibi competentis in vim dictæ venditionis, ergo multo fortius teneri non debet dictus don Franciscus,& si sit hæres,eius patris;siquidem non ex iure transmisso ab ipso patrie,sed ex iure proprio in casu occurrenti agit.quia respectu illius iuris in cuius vim locus de Alfocea, ab ipso don Francisco reiuindicatur nullum præstitit consensum, neque factum dictus Petrus: cæterũ quando defunctus nullum præstitit factum eius hæres non impeditur vindicare, rem alienatam ab ipso defuncto,siquidem non ex facto defuncti, sed ex facto proprio agit hæres, *Ias.post Fulgo.in l.quoties, C.de fideicom. Tiraquell. de retract.legal.§.1.gloss.9.n.54.*

Insuper etiam pro responsione dictæ obiectionis dici potest, quod illa verba possita in dicto instrumento renuntiationis ad securitatem,& obseruantiam promissorum per ipsum Petrum sunt apposita executioni dicti contractus renuntiationis,sed verba apposita executioni contractus non augent,alterant, neque inmutant dispositionem principalem, *iuxt.text.in Clem.1. de preben.quem dicit aureum,Felin.in c.licet, col.4.de offic.ordin. commendat Dominic.cons.86.& cons.92.Abb.in c.cum nostris n.21.de conces.praben.dicit illum tex.celebratissimũ ad id Couar.in rubr.de testam.p.2.n.13.ad fin.*vbi alios quam plures refert præ maximè considerata consuetudine Notariorum ponendi,& inculcandi,plura verba in executione contractuum, sine partium voluntate,quæ non alterant,neque mutant principalem dispositionem,vt inquit *Bart.in l.1.q.6. ff.de iure codicill. Bal. in l.quoties,col.1.C.de hared.instituen.*& plures alij quos ad nauseam,vsque citat *Tiraquell.in l.si vnquam in princ.n.122. C. de reuocan.donatio.*dicens hanc opinionem communem,idem fatetur *Gramat.decis.62.n.22. Couar. d.rubr.de testam.2.p.n.14.* Ex quibus necessario subsequitur quod cum renuntiatio facta per dictum Petrum fuerit restricta,& limitata,respectu iuris sibi quæsiti in vim dictæ venditionis, sibi factæ concepta per verba personalissima,quod verba apposita executioni dictæ renuntiationis,& ex consuetudine notariorum non debent augere, neq; mutare ipsam principalem dispositionem.

Item circa præmissa est etiam notandum, quod illa verba dicti reconoscimenti: *Por mi, y los mios*, debent intelligi de suis, scilicet, hæredibus, quoniam obligatio quæsita per patrem, siue actiuè, siue passiuè in re trãsitoria ad hæredem pro se, & filijs, in dubio cẽsetur quæsita filijs, vt hæredibus, *gloss. & post eam Bar. Bal. Paul. Alex. & Ias. in l. si tibi decem, §. si pactus, ff. de pactis, Bart. in l. quod dicitur, & ibi Ias. n. 25. cum seqq. ff. de verbor. oblig.* hanc opinionem dicit communẽ *Alex. cons. 129. n. 2. vol. 5. Ruin. cons. 49. n. 3. vol. 1.* & in terminis, quod verbum suis intelligatur de hæredibus, tradit *Alex. cons. 26. n. 2. ad fin. vol. 5. Rubeus cons. 84. n. 3. Rolan. à Valle cons. 28. n. 6. vol. 3. & cons. 86. n. 9. vol. 4. post alios quam plures post eum citatos.* Ex quibus subsequitur quod & si sub dictis verbis: *Por mi, y los mios*: censeatur comprehensa persona dicti don Frãcisci de Altarriba, illud procedit, & habet locum, tanquam hæres sui patris, & ratione iuris ab ipso patris in eum transmissi, & non aliàs: cæterum cum in casu occurrenti, nihil fuerit transmissum actiuè, neque passiuè ab ipso Petro in dictum don Franciscum, eius filium super dicto loco de Alfocea, de quo in præsentiarum est quæstio, iam inde sub infertur quod dictus don Franciscus ratione dictæ renuntiationis factæ per dictum Petrum, & pactorum in ea appositorum in nihilo tenetur, neque impedimento est quo minus in casu occurrenti reiuindicatione agere possit.

Præterea ex alio etiam deprehenditur quod dictus D. Petrus noluit comprehendere ius competens dicto don Francisco, eius filio, in vim prærecitatæ venditionis, videlicet, perpensis, & consideratis, verbis dictæ renuntiationis, ibi; dum legitur: *Cumpliendo con la fidelidad mia*, nam in viam iuris, certum, & indubitatum est, quod verba contractuum debẽt intelligi secũdum qualitatem, & conditionem personarũ contrahentium taliter, quod eis possint adaptari, *iuxt. tex. in l. stipulatio ista, §. ij. qui sunt, & §. hac quoque, cum ibi plenè notatis per Bart. Angel. Bal. & cæteros nouiores, ff. de verb. oblig.* vbi expressè cauetur, quod si seruus stipulatur, sibi licere possidere, quod illa verba debent intelligi de possessione facti, non iuris, quoniam seruus ea quæ iuris sunt possidere non potest, & earum incapax est, eodem modo si

mo-

monachus stipulatur intelligitur, secũdũ existentiam facti, vt tenet *gloss. in l. Lutius, §. tres haerdes, ff. ad Trebell. hanc doctrinam ponit Bal. in l. fin sub n. 9. C. de actio. empt. R-ui. cons. 4. n. 9. vol. 2. & alibi passim DD.* Ex quibus subsequitur quod cum dictus don Franciscus de Altarriba, in anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, in quo fuit facta, & concessa praedicta venditio erat constitutus in aetate duorum annorum parum plus, vel minus, iam necessario dicendum est dictũ D. Franciscum, tunc temporis extitisse in capacem alicuius fidelitatis, & confidentiae, nam illa minor aetas quod vidit ignorat, prout docet *text. in l. vnic. C. de falsa moneta, l. fi. ff. de iur. & fact. ignor. l. in eo quod plus, §. pupil. ff. de reg. iur.* Et sic illa verba: *La fidelidad mia*, in dicta renuntiatione posita, minimè conueniunt dicto don Francisco: ergo nec conuenire debet effectus dictae renuntiationis; & sic necessario dicendum est dictum don Petrum solummodo ius sibi competens in vim dictae venditionis confiteri simulatum, & renuntiare voluisse; siquidem verba dictae renuntiationis, id clarè, & apertè disponunt, & solummodo quadrant, & possunt adaptari personae dicti don Petri. Quae omnia redduntur certa, & indubitata consideratis verbis, cuiusdam codicilli cõcessi per dictam domnã Isabelam Diez Daux, in anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, sub die vigesimo nono, mensis Septembris, recepto, & testificato per Franciscum Lecina, Notariũ Regium, habitatorẽ Villae de Pertusa, quae erat iam in matrimonio collocata cum don Carolo de Heredia, Commes qui nunc est Commitatus de Fuentes; in quo cauit, & disposuit in haec verba. *Item atendiendo, y considerando, que yo dicha Isabel Diez Daux testadora, certificada de mi drecho, hize vendicion de todos mis Castillos, Lugares, terminos, y bienes al mui magnifico señor Pedro de Altarriba, señor de Huerto, y a su hijo Francisco de Altarriba, sobrino mio, con ciertas reseruaciones, sucessiones, vinculos, y condiciones, &c. como mas largamente parece por el instrumẽto de vẽdiciõ, &c. Y podria ser, yo dicha testadora auer ordenado, dispuesto, y mandado mas de lo que en aquella me reseruè, ò contra tenor de aquella, añadiendo al dicho mi vltimo testamento, quiero,*

Clausula codicilli D. Elisabetis Diez Daux.

ro,

ro, y mando, y es mi voluntad se guarden las reseruaciones, vinculos, sucessiones, y condiciones en aquella contenidas, auiendola podido hazer, y otorgar, como en aquella se contiene, iuxta su serie, continencia, y tenor de aquella, como sea mi voluntad; y suplico, y encargo al dicho señor de Huerto, que si en lo que yo ordeno en dicho mi vltimo testamento, y en el presente codicilo, excederà mas de lo q̃ yo me reseruè en dicha, y precalendada vendicion, su merced, no auiendo cumplimiento de mis bienes, lo cũpla de sus bienes realmente, y de hecho. Ecce igitur instrumentũ publicum clarum, & apertum per quod constat dictam venditionem fuisse veram, & realem; & quod dicta venditrix nihil aliud voluit, quam quod bona vendita deuenirent in dictum don Franciscum, & eius filios, & descendentes, & quod vincula, & conditiones appositæ in dicta venditione ad vnguem adimplerentur; & constat etiam per dictum instrumentum codicilli, quod dicta domna Isabela habebat scrupulum conscientiæ existimans contra thenorem dictæ venditionis in suis testamento, & codicillo, aliquid disposuisse, & ideo rogauit dictum Petrum, vt de suis bonis ordinata, & disposita per dictam domnam Isabelam in eo quod excederent valorem, & stimationem bonorum reseruatorum in dicta venditione ab ipsa venditrice dictus Petrus adimpleret; iam igitur, ex supradictis infertur, quod si testibus probari potest qualis fuerit voluntas, & intentio contrahentium tempore contractus, prout testatur *Bar. in l. 2. n. 38. & 39. ff. de vulg. & pupill. quem ibidem sequuntur Alex. n. 32. Iaß. n. 36. & Ripa n. 50. Corn. cons. 239. n. 6. lib. 2. Moli. de primog. Hyspan. lib. 1. c. 5. n. 40. Crauet. cons. 234. n. 4. Menochio cons. 85. n. 20. vol. 1. & cons. 195. n. 17. vol. 2.* Multo fortius poterit probari animus, & voluntas disponentis instrumento publico mediante, recepto de confessione disponentis, prout in casu occurrenti, de cuius animo, & voluntate dictæ venditricis testimonio plurium testium in præsenti processu examinatorum, & præsertim eiusdem Francisci Lecina Notarij, ex quibus iudicio meo luce clarius constat aduersarios nimis voluntariè, & sine aliquo fundamento æquitatis, nec iustitiæ huiusmodi litem intentasse, & quod Dominos de Regio Consilio, qui contra dictum

dictum don Franciscum vota sua præstiterunt voluntatem dictæ venditricis minimè quæsiuisse.

Insuper etiam dicendum est, quod & si dictus Petrus expressé voluisset in dicto renuntiationis instrumento ius dicti don Francisci comprehendere, & illi præiudicare, minimè id facere potuisset quoniam, vt sæpius dictum est, ex prouidentia dictæ venditricis, & ex propria persona dicto don Francisco, ius quæsitum fuit in vim dictæ venditionis, & in viam iuris certum est, quod vnus ex contrahentibus non potest mutare formam contractus in alterius præiudicium, *iuxt. tex. in l. aliud. & l. fin. ff. de solutio. Paul. in l. filius famil. §. cum pater ad fin. ff. de legat. 1. tradunt scribentes in l. si cum fundum, ff. de pact. Crauet. cons. 106. n. 14.* nam id quod nostrum esset sine facto nostro à nobis auferri non potest; & magis in terminis etiam in viam iuris, quod renunciatio patris, filio nocere non potuerit, magistrali distintione scriptum reliquit, *Bal. in l. 1. in fin. C. per quas personas nobis asquiritur*, vbi expressè decidit, quod si dispositio est facta contemplatione filij, etiam mediante persona patris, vel ius est quæsitum filio ex proprijs pecunijs ipsius filij, quod tunc pater non potest in iure quæsito ipsi filio præiudicare, idem voluit ipse *Bal. & ibi Angel. & Aret. in l. apud Iulianũ, §. si quis alicui, ff. de leg. 1. Afflict. in c. 1. n. 11. de alien. feud. p. 1. & opinionem Bald. testatur communem, Rui. cons. 154. & cons. 213. vol. 1.* eãdem etiam dicit communem alios, quam plures allegans *Gabr. in suis commun. concl. 2. maximè, n. 47. Gratus cons. 132. Nata cons. 502.* vbi in id propositum plura adducit, si igitur in viam iuris pater non potest filio præiudicare, etiam existenti in potestate, quando ius fuit quæsitum ipsi filio ex proprijs pecunijs, vel eius contemplatione, á fortiori in casu occurrenti, imò absque aliqua dubitatione dictus Petrus non potuit, etiam si id expressé voluisset renunciando dicto don Francisco præiudicare, siquidem ius fuit sibi quæsitum in vim dictæ venditionis non mediãte persona patris, sed directo, & immediaté ex propria persona dicti don Francisci, & ex prouidentia dictæ venditricis. Quare versamur, adhuc in casu magis claro, & minus dubitabili, quam in eo in quo loquutus fuit, *Bal. in d. l. 1. C. per quas personas acquir.*

ergo potest quando ex pecunijs patris ut in presenti casu

quir.& hinc etiam dixit *Bal.in l.fin.n.16.C.de pact.in l.pactum quod dotali,q.2.& q.28.vbi Alex. & nouiores, C. de collatio.* quod renunciatio matris non præiudicat filijs venientibus ex propria persona, & non ex iure transmisso à matre, sequuntur etiam *Paul.& Areti.post Bart.in l.qui super est, ff. de acquir. hæred. Alex.cons.75.n.14.vol.1.Crauet.alios quam plures allegans,cons.127.n.1.*

Præterea dictus Petrus fuit prohibitus bona vendita per dictam domnam Isabelam, vllo modo alienare in præiudiciũ dicti don Francisci, & eius descendentium, prout ex thenore dictę venditionis clarè deprehenditur, vbi pluribus, & reiteratissimis vicibus, etiam plusquam viginti fuit cautum, & prouisum per dictam venditricem, quod dictus Petrus, & dictus don Franciscus emptores tenerent, & possiderent bona, sibi vendita, cum pactis, vinculis, & conditionibus in instrumento dictæ venditionis appositis, & contentis; & sic cum vinculo, & pacto quod post mortem dicti Petri bona vendita peruenire deberent in dictum don Franciscum, & eius filios, & descendentes, qui successores erunt in loco de Huerto; iam igitur, si dictus Petrus dicta bona, & ius competens ex dicta venditione dicto don Francisco, eius filio restituere tenebatur, benè sequitur quod renunciando non potuit eidem præiudicare. Neque supradictis obstant quæ ab aduerso proponuntur volentes arguere de verbis dictæ venditionis ibi; dum legitur: *Vendo, & luego de presente vendiendo libro, &c. a vos, y en vos el mui magnifico Pedro de Altarriba, señor del lugar de Huerto, y para en pues dias vuestros, a vuestro hijo Francisco de Altarriba, &c. y a quien vos, y ellos mas querreis, respectiuè, con las reseruaciones, vinculos, y condiciones infrascriptas, &c.* Prætendentes quod vigore dictorum verborum potuit dictus Petrus de Altarriba facere alienationem durabilem, etiam post eius mortem de dictis bonis venditis, & per consequens quod potuit facere præfatam renunciationem, cui obiectioni multipliciter responderi potest. Primo, videlicet, quod ibi fuit possitum verbum, respectiuè, quod denotat, & importat distributionem iuris, & temporis, & attribuit facultatem, vnicuique ex dictis emptoribus pro iure cuilibet ex eis compe

tenti,

tenti,& pro tempore etiam quo dictus Petrus,& dictus D. Franciscus, vti, & frui dictis bonis venditis poterant, & debebant, vt verba secundum naturam actus intelligantur,& interpretentur, vt de verbis singula singulis, prout conuenit referendo loquitur *Menoch. consil. 269. n. 36. vol. 3. Grat. consil. 8. post alios*, quoniã dispositio generalis nunquam trahitur ad bona quæ disponens post eius mortem restituere tenetur, vt testatur *Bald. consil. 239. Lauren. n. 2. volum. 2. Ias. in l. qui post, col. 3. C. de legat. Crauet. consil. 19. post alios*. Quare cum ius dicti Petri ex verbis,& mente dictæ venditricis non erat durabile, nisi ad vitam eiusdem, & casu eius mortis adueniente extinguebatur per viam anihilationis, vt in simili testatur *Molin in consuetu. Parisien. p. 1. §. 22. n. 45*. Iam dicendum est, quod illa facultas concessa per venditricem dictis Petro,& don Francisco non debet extendi, nec protrahi vltra tempus vitæ, cuiuslibet illorum, siquidem quilibet ex eis non habebat facultatem vtendi,& fruendi dictis bonis venditis, nisi ad vitam tantum, nam potentia,& licentia à pari procedunt, prout testatur *Bal. in c. 1. §. rursus, n. 1, de controuer. inuestitu. in vsibus feud. Goz. ad. consil. 26. n. 51*. item causatum non debet esse potentius sua causa, vt testatur *Bal. in l. 1. ff. de Senato. & consil. 40. vol. 3. Molin. de primog. Hyspan. lib. 3. c. 5. n. 46.*

Præterea illa verba toties repetita in dicto instrumento venditionis: *La qual vendicion os hago para en pues dias mios naturales, y de fijos mios, si Dios me los diere, y descendiẽtes de aquellos legitimos, y de legitimo matrimonio procreados, segun dichas, y no antes, y con los pactos, vinculos, sucessiones, y reseruaciones sobredichas, y no sines de aquellas*; importãt necessario quod venditio fuerit facta dicto don Petro, & facultas alienandi ei fuerit concessa sub illis vinculis,& conditionibus, taliter quod dictus Petrus de Altarriba non habuit facultatem, nec potestatẽ alienandi bona, sibi vendita in præiudicium dictorum vinculorum,& pactorum;& sic debent intelligi limitari, & modificari, illa verba: *Y a quien vos, y ellos mas querreis, ordenareis, y mandareis*, aliàs fieret preiudicium dictis vinculis, & substitutionibus,& dicta vẽditrix in continenti se corrigere videretur, quod est iuri,& rationi contrarium, vt testatur in simili *Socin. consil.*

251.

mm3

251.maximè,n.2.vol.2.vidend.in proposito, & Menoch.cons.61. à n.16.cum seqq.& cum in instrumento nihil sit prius, nec posterius, sed omnia pariformiter, & in continenti substantiantur, prout testatur *Bar.in l.contractus, C.de fide instrum. cum simil.* illa verba: *A quien vos, y ellos mas querreis*; concedentia facultatem disponendi dictis Petro, & don Francisco debent intelligi, & regulari, secũdũ verba posteriori loco possita in dicto instrumento venditionis toties repetita, videlicet: *La qual vendicion os hago con los pactos, vinculos, condiciones, y reseruaciones sobredichas, y no sin ellas*: quæ verba in pluribus partibus dicti instrumenti collocantur; eo modo, & forma quod conferũt suum effectum post mortem dictæ domnæ Isabelæ, eiusque lineæ, & descendentiæ; & sic necessario habent relationem ad vincula, & substitutiones possitas in persona d. D. Frãcisci, eiusq; filiorum, & descendentium, & non possunt vllo modo referri ad reseruationes, & pacta possita in fauorem dictæ domnæ Isabelæ, eiusque lineæ, & descendentiæ. Præterea illa facultas alienandi concessa Petro, & don Francisco est concepta per verba copulatiua, vt nobis ostendunt, illa verba: *Y a quien vos, y ellos mas querreis*; de quorum natura est coniungere æqualiter, vtrumq; copulatum, & attribuere vnicuique copulatorum parem vim, & virtutem, vt testatur *Dec.cons.236.n.3.per legem reos, §.cum in tabulis, ff.de duobus reis, idem Dec.cons.122.per tot.post Abbatem, cons.57.in princ.vol.1.Crauet.cons.80.n.13. & prius cons. 9.n.25.* Cæterum si fateremur dictum Petrum potuisse facere alienationem durabilem post eius mortem in preiudicium dicti don Francisci, & suorum descendentium esset contra naturam dictorum verborum, & contra voluntatem expressam dictę venditricis quæ anxiè, & ennixè cauit, & voluit, vt bona vendita in dictum don Franciscum, eius consobrinum deuenirent, & in eisdem suis respectiuè temporibus perpetuo remanerent. Præterea nunquam accipienda est interpretatio, eo modo quo iniquitas, vel aliquid iniustum inducatur, sed potius tollerari debet, quod verba nihil operentur *Paul. cons.258. viso puncto supra scripto, col.1.vol.2.Corn.cons.119. col.2. ad finem, vol.2. Crauet.cons.70.n.29.* Cæterum iniquum esset, & prorsus illicitum

cum

tum interpretari, quod dictus Petrus de Altarriba potuisset facere alienationem durabilem post eius mortem, & quod dictus don Franciscus, cuius contemplatione principaliter dicta venditio facta fuit, prout superius probauimus eius iure quæsito proprijs pecunijs, sicut ipsa venditrix confessa fuit frustraretur, & priuaretur; cum ergo verba hoc non dicant, nec nos dicere debemus, siquidem alium habent sensum, & intellectum genuinum, & germanum voluntati dictæ venditricis ex quo seruari possit æqualitas inter contrahentes, quæ semper seruanda est, nisi verba contractus expresse hoc prohibeãt, *vt in l. si id quod, §. finali, ff. de rescind. vend. l. penul. in fine, C. commu. diuidun. text. in authen. æqualitas, C. de pact. conuen. Areti. in proposito vidend. cons. 6. Crauet. cons. 70. n. 1.* quoniam propter æqualitatem seruandam inter contrahentes aliquando includitur, & venit aliquid in dispositione, quod aliâs non includeretur, *tex. in l. quæsitum, §. sed & ipse, Papinanus, ff. de fund. instruc. Bald. in l. filiæ cuius, opinione 7. C. famil. hercíscun. Crauet. cons. 133. n. 7. post alios per eum allegatos.* Et aliquando generalis dispositio restringitur, vt æqualitas servetur inter contrahentes; & hinc fit quod licet verbum pertinere, est aptum ad comprehendendum corpora, & iura bonorum, tamen ratione qualitatis seruandæ restringitur, & limitatur, vt non comprehendat iura, sed corpora bonorum tantum, ita notabiliter *Aret. cons. 6. n. 8. cum seqq. Soc. cons. 98. col. 3. vol. 1. Crauet. cons. 133. n. 8. post alios.* In proposito igitur quando illa verba: *Y a quien vos, y ellos mas querreis*, ex eorum generalitate possent importare alienationem perpetuam, quod negamus, restringenda sunt, vt seruetur æqualitas inter ipsos emptores, Petrum, & don Franciscum, à quibus dicta venditrix pretium confitetur recepisse, imò dictam venditionem fecit principaliter contemplatione dicti don Francisci. Et hinc dicebat *Corneus cons. 180. col. 1. ad finem, lib. 1.* quod substitutio compendiosa facta personis disparibus ratione æqualitatis seruandæ fideicommissaria iudicari, & interpretari debet, etiam si ex tali interpretatione substitutio reddatur inefficax, sequitur *Crauet. post alios, cons. 143. n. 15. cum seqq.* Præterea cum dicta venditrix verbis claris, & apertis voluit, & cauit, quod bo-

na vendita venirent in dictum don Franciscum, eiusque filios, & descendentes nullo modo facienda est interpretatio contra mentem,& verba disponentis,sed potius debet tollerari, quod verba nihil operentur testatur, *Paul.per text.ibi, in lege verbis cuilibus,ff.de vulg.& pupill.& ibi Alex.notab.2. Areti.in l.e Titio,col.fin.ff.verb.obliga.Dec.cons.362.ad finem, Crau.cons. 70.cum alijs*: ergo talis interpretatio quod dictus Petrus alienationem perpetuam,& post eius mortem durabilem facere potuerit assumenda non est,etiam si dicta verba nihil importarent, quod verum non est,satis enim important secundum ea quæ superius dicta sunt. Ex quibus ni fallor clarè,& manifestè constat, quod dictus Petrus de Altarriba,neque voluit, neque potuit vigore dictæ renuntiationis præiudicare iuri quæsito dicto don Francisco in vim dictæ venditionis.

Est etiam circa præmissa notandum, quod quemadmodum dictus Petrus de Altarriba non potuit facere alienationem bonorum,sibi venditorum durabilem post eius mortem,ita,& eodem modo non potuit confiteri venditionem factam per dictã domnam Isabelam esse fictam,& simulatam in præiudicium dicti don Francisci,eiusque filiorum,& descendentium quæ causam præberet alienationi bonorum venditorum,ita in terminis testatur *Bald.in c.fin.colum.2.vers.In contrarium de confes.per text.in l.cum ij,§.sed cum ij,ff.de transactio.idem Bald.consil. 496.thenore litterarũ,col.vlt.lib.1*.ne quod vna via prohibetur, alia via quæ ad eundem finem tendit permitatur, *Tiraquell. in legibus connubia.glos.5.q.10.n.114.116.118. Pinell.in l.1.par.3. n.50.limitat.9.C.de bon.mater.idem Tiraquell.de retract.legal. §.1.glos.2.n.17.& gloss.14.n.46.*

Insuper pro complemento dicendum est,non obstaret ea quę ab aduersantibus in hoc proposito proponuntur,videlicet,quod confessio patris concurrente aliqua coniectura simulationis nocet,& præiudicat ipsis filijs pro quorum fundamento allegabatur *consilium Caroli Ruin. 142.vol.1.nam vltra id quod Pinellus in d.l.1.part.2.n.4.& 41.dicit quod Ruin. in illo cons. errauit,& se inuoluit*, cæterum quando iuridice consuluisset versamur in casu multum diuerso á casu,& hyppotesi in quibus con-

consuluit dictus *Carolus Ruinus*, nam in suo casu ille pater
erat legitimus administrator bonorum suorum, qui in viam iu-
ris habet plenissimam administrationem, & gubernationem in
eis, & potest eadem quomodo voluerit gubernare, *iuxt. text. in
l. cum opportet*, §. *non autem*, *C. de bonis quæ liberis*, vbi gemina
tis vicibus cauetur patrem in bonis aduentitijs filiorum plenis-
simam habere administrationem, & gubernationem, idem vo-
luit *text. in l. 1. C. de bon. mater.* Ex quibus subsequitur quod cũ
pater in casu *Ruin.* poterat cum dicto *Stephano* depositario li-
bere contrahere, quod potuit etiam dictum contractum simula-
tum confiteri, prout testatur ipse *Ruin.* quando dicit, quod non
obstat in aliquo, quod Blanca, vna ex filiabus Antonij Mariæ de-
ponentis deposuit, etiam pecunias cum patre in posse dicti Ste-
phani depositarij dicens, verbis claris & apertis, quod ex quo di
ctus Antonius Maria potuit consensum dictæ Blancæ, eius filiæ
impedire, & à mouere, *iuxt. text. in l. fin. §. filijs autem*, *C. de bo-
nis quæ liberis*; potuit ipsum cõtractum depositi simulatum cõ-
fiteri, & agere cum dicto Stephano, quod ex illo cõtractu nul-
lum quæreretur ius ipsis filijs, prout testatur dictus *Ruin. d. cons.
n. 5.* Et de ampla potestate patris in bonis filiorum quorum est
legitimus administrator, testantur *Bald. Paul. & nouiores in l.
1. C. de bon. matern. & in l. cum opporteat, in §. ne autem, C. de
bonis quæ liberis, & vtrobique Corn. refert plures Pinell. d. l. 1. p.
2. à num. 17. cum seqq. maximè, num. 40. cum seqq. & par. 3. ma-
ximè, num. 44. C. de bon. mater.* vbi concludit plures referens pa
trem in bonis aduentitijs filiorum familiarum posse compromi-
tere, & transigere, absque iudicis decreto, neque tenetur cauere
ipsis filijs de restituendis bonis per ipsum patrem administran-
dis. Præterea illa verba, *d. l. cum opporteat, §. non autem, C. de bo
nis quæ liberis*, ibi: *Et quomodo voluerit eas gubernare impor-
tāt liberum arbitrium in patre, iuxt. text. in l. cum quidam, ff. de
legatis 2. & illi communes Bart. in extrauag. ad reprimend. in
verb. Videbitur, num, 3.* refert plures in proposito *Menoch. de ar
bitrar. iud. quæstio. quæst. 7.* Cæterum cum in præsenti Regno pa
ter nullam habeat potestatem in personas filiorum, neque vllam
habeat administrationem in eorum bonis ratione patriæ potestā
tis

tis in viam fori, nisi à iudicesit sibi data cum reputetur, tanquam quilibet extraneus, iam dicendum est, quod dictum consilium *R uin*, & si fuerit allegatum ad decisionem præsentis causæ nō facere ad propositum, & est arguere à separatis.

Minus etiam obstat *lex finalis, C. de duob. reis allegata*, ab aduerso etiam ad decisionem huius causæ, quatenus probat, quod agnitio debiti vnius ex correis nocet alteri, quasi pars aduersa vellit prætendere, quod dictus Petrus de Altarriba, & dictus dō Franciscus, eius filius reputentur, & sint correi in dicta venditione, & in iure ex eadem quæsito, id enim argumentū, salua pace, innane est, & absque aliquo fundamento factum, quia correi dicuntur quando ambo eandem rem stipulantur, sibi dari, vel eandem dare promitunt, *iuxt. text. in l. 2. ff. de duob. reis*. Tunc enim cum obligatio est eadem, confessio vnius ex correis nocet, & prodest alteri. At, in casu occurrenti cum obligationes, quæ ex dicta venditione nascuntur in fauorem dicti Petri de Altarriba, & dicti don Francisci, eius filij diuersæ, & distinctæ sint, prout superius latius probatum est. Et quilibet ex eis ius habeat separatum, & diuersis temporibus concurrens non possunt dici correi stipulandi, vel credendi; & sic vnus alteri nocere non potest, & hoc expresse voluit *Salic. in d. l. fin. num. 2. C. de duobus reis, per textum, in l. si fideiusor, §. fin. ff. mand. Bart. in authen. hoc ita, C. de duobus reis, n. 11. text. expressus, in l. si id quod, ff. de duobus reis*, & sic dictum argumentum, & obiectio non procedit, tanquam sit argumentum á separatis.

Vlterius, & pro complemento, etiam non obstant ea quæ ab aduersarijs prætenduntur, videlicet, quod dicta venditio fuerit nulla, ex eo quod sit contractus vltro, citroque obligatorius, & requiratur consensus emptoris, & venditoris, qui tanquam substancialia contractus respiciens à partibus remiti non potest; & cum dictus don Franciscus propter eius minorem ætatem consentire non potuit; contendunt aduersarij præfatam venditionem esse nullam, quoniam huiusmodi argumentum, etiam in viam iuris communis non procedit, quando vnus ex contrahentibus est infans, & minor, prout contingit in persona dicti don Francisci, qui tempore dictæ venditionis erat minor septem annorum,

norum quia tunc lex in fauorem minoris habet consensum pro præstito ad validitatem contractus, quando contractus est eis omnino vtilis in eius fauorem, *iuxt.text.expressum, in l.iubemus, C.de emancipatio.liberor. Dec.cons.245.n.3. Moli. de primog. Hyspan.lib.4.c.2.n.75.* Et etiam si interuenit stipulatio Notarij validatur contractus, etiam in fauorem absentis ad hoc, vt non possit reuocari, & ista est opinio magis communis, & verior, teste *Couar.lib.1.variar.resol.c.14.n.11. Molin.de Primogen.lib.4.c.2.n.74. Iul. Clar.lib.4.senten.in §. donatio. q.13.* Et hoc in Aragonia est certum, & indubitatum, & nũquam de hoc fuit dubitatum, vsque ad casum occurrentem cum stare debeamus, chartæ si nihil contineat impossibile, vel contra ius naturale, neque impossibilitas iuris communis est considerabilis, sed ea quæ ius ipsum naturale concernit, quare in Aragonia vnus, ex contrahentibus si vult remittere pacta substantialia contractus in fauorem alterius, illud facere poterit in sui præiudicium, neq; prædictis contraria est in aliquo *obseruantia, item ad probandum, la 2.de probatio.* quia ibi, consideratur defectus naturalis, videlicet, furoris in testatore, vel in alio contrahente, qui est causa efficiens testamenti, vel contractus. At verò in casu occurrenti est totum contrarium, & sic in Aragonia ridiculum esset dicere, quod quis non posset donare furioso, vel infanti, vel alium contractum facere, qui eisdem esset omnino vtilis. Et hæc sufficere videntur ad fundandam iustitiam, & intentionem dicti multum illustris don Francisci de Altarriba & Alagon. Quæ omnia censuræ, & correctioni dominorum iudicare debentium subijciuntur.

Petrus Ludouicus Martinez.